

poterat vel aliquo mō vellet creare vnū
aliū hominē aliūde suscipere in quo esset
mediator dei et hominū et de quo vince-
retur victor priozis hominis verū sicut di-
cit aug⁹ in xiii de tri c viii Melius indica
uit deus vt de ipso quod victū fuerant ge-
nere assummeret hominē p quem generis
humani immicū vinceret Hec aug⁹ Non
sufficienter generis humani ex primo pare
te derivata que sanāda erat in peistinū ho
norem restituta esset si aliūde corp⁹ assu-
meret christus dyaboli victor et mortis tri
umphata nō esset Dicit ergo natura hūa-
na ad me scz filij dei aduentus trinat⁹ est
id est de me q prius fui a dyabolo victa
et de genere illius adā qui peccato suo ge
nus humanū obligauit deus hoiem assum-
pſit ¶ ip ¶ Considerandū q cū tota natu
ra humana fuerat in primis parentibus p
peccatū infecta szm illud psa xxiiii Terra
infecta est ab habitatoribus suis q trans
gressi sunt leges ms eis a domino datum
Dirum videt² q divina sapiētia in qua ni
hil inquinatū incurrit de tali natura infe
cta homiem susciperet et sibi in vnitate p
sone viuit Circa quod considerandū q si-
cut dicit² in sentētiarū Quattuor sunt sta
tus hoīs primus ante peccatū secūdus p
peccatū et ante gratiā tercius sub gratia
quartus in glozia Hij quattuor status oz-
tum habuerūt ab iniqua dyaboli temptā-
tione Nam si homo nō peccasset solum du
plicem statū habuisset scz primū et vltimū
trāslati ei fuissent de primo statu ad eter
nam celestem vitam nō p mortem sed per
aliquā mutationē incertam tn nobis reli
quitur vtrū simul transferent² an p suc-
cessionez vt ex autozitate augustini et ma
gistri sententiarū dicit² Quādo igit² impul
si dyaboli peccauit homo a primo statu ce
cidit et sub peccato fuit et post reperato-
rem habuit et sub gratia repositus in qua
pseuerans finaliter glozie mancipatur Ex
temptatione igit² dyaboli consecutū ē vt
tanto varietati subderet² homo q adduci
pōt illud Eccl iii Verbū nequā imutauit
coz i voluntatem primi parentis ad actuz
peccandi Ex dyaboli ergo persuasione et
hominis arbitrio illa voluntas mala prodiit
qua iusticiā deserut homo et iniquitatez
inchoauit vt dicit² in sententiarū ¶ C
Et quo scz postq̄ homo iusticiam deserut
quattuor ptes ozdinantur i sub quatuor sta
tibus ponitur Quozū primus scz status an
te peccatū dicitur bonus pter bonū obe-
dire et immunitate peccati illius stat⁹ inno
centie ¶ Secūdus scz status post peccatū
et ante gratiā dicitur malus p̄opter culpe
defozmitatē et malū pene ¶ Tercius scili
cet status sub gratia dicit² vita pter bñfi
cium gratie qua deo et iusticie viuam⁹
Quartus scz stat⁹ in glozia dicit² mozs qz
ad illū statū glozie nullus admittit nisi bū
ic mūdo vel vite fundit⁹ moziatur Ad hoc
adduci pōt illud Eccl iiii Domnus mozti
immutauit scientiā eius q d Qui post moz
tem gloziam dñi sui intrat aliter cognoscit
deū q̄ in p̄senti vita Tunc em̄ facie ad fa
ciem cognoscit nūc aūt in speculo et enig
mate De quolibet statu p̄dictoz quattuo
oz aliquid accepit xp̄s De primo em̄ statu
accepit immunitatem peccati de secūdo sta
tu assumpſit penā nō tn assumpſit culpaz
de tercio statu assumpſit gratie plenitudi
nem de quarto statu assumpſit non posse
peccare et dei pfectā contemplationē Et
hoc est q figuraliter dictuz est eze i Vidi
et ecce quattuor rote iuxta cherubim Che
rubin interp̄tatur vermiculata pectura p
quod bn pōt intelligi dei filius de quo di²
aug⁹ vi de tri c vltimo Ars est quedā om
nipotentis atq; sapientis dei plena omni
um rōnū viuentiū imutabiliū et omēs i ea
vnū sunt sicut ipa vnū de vno cū quo vnū
ibi nomt omia deus que fecit p ipam Hec
aug⁹ Rota sperice et circulare figuram
habet que pfectissima est cū sibi nō sit pos
sibilis addicio Quattuor igitur rote iuxta
cherubin nihil aliud sigmficant nisi q de
quolibet statuū quattuor xp̄s quidquid p
fectōnis fuit et quasi medicinale ad huma
ni generis remediū assumpſit diuina natu
ra in se manente i cōuersa et inalterabili
ter qd dat² intelligi p hoc q dicit² Rotas
quattuor esse iuxta cherubin Dicat² igitur
humana natura ad me scz szm quēlibet
statum termiat⁹ est dei aduent⁹ ¶ Secū
do subūgitur aduenienti mod⁹ ibi dictum
est verbū q d modus veniendi filij dei ad
humanā naturā in assumendo eam sibi in
vnitate p̄sone cōstitī dicere qz igit² ver
bum est quod dicit² filij dei p naturam be
ne intelligit² ¶ D Circa quod sciendum
q vt oñdat² pfectio filij dei diuersis noīb⁹
noiatur in scriptura ¶ Primo vt ostenda
tur filij p̄ri cōnumeralis dicit² filij matth
iii Hic est filius me⁹ dilect⁹ ¶ Secūdo vt
ostendat² patri coeternus dicit² splendoz
hebre i Cum sit splendoz glozie ꝛc Ter-
cio vt ostendat² patri omio similis dicitur
ymago dei inuisibilis Quarto vt osten-
ditur imaterialis dicit² verbū Eccl i Fons
sapientie verbū dei in excelsis Hoc verbū
quod est dei filius dictum est tripliciter

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0047
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt